

CHRISTI
104.ANACLETI PAP.
2.TRAIANI IMP.
5.

VIII.
Cives Ro-
mani om-
nes Romæ
pass.

Verum & illud ex eisdem Plinii litteris
observandum est, Proconsules sic animad-
mittere solitos in Christianos quolibet,
ut tamen quos novisliber Romana civitate
donatos, Romanu more majorum trans-
mitterent judicando. Ex quibus possumus
intelligere, immensum plane fuisse,
numerum martyrum, qui Romæ sunt pa-
si: quippe quoniam non ex iis tantum qui
Romæ agerent Christiani, quorum innu-
mera erat propemodum multitudine, ob
confessionem nominis Christi ultimo sup-
plicio adigebantur; sed nobiliores qui es-
sent toto orbe Romano Christiani, ad sub-
eundum Roma judicium capitum amanda-
ri solerent: ut factum scimus ejusdem,
Traiani temporibus de sancto Ignatio E-

Nec etiam
anno Chri-
sti CIII.

bri anni Christi centesimi tertii Bithyniam in-
gressum, ibique manisse usque ad initium anni
centesimi quinti per menses octodecim. Arbitra-
tur enim Vir doctissimus, Plinium post Confu-
latum causas centumvirales non amplius egisse,
& omnibus adiocationibus renuntiisse, exceptis
iis quas in Senatu agendas voluntate amplissimi
Ordinis adactus suscepit, & de rebus post suam
Legationem a se gestis, ante decimum Epistolarum
suarum librum, variis in locis loqui. Ve-
rum utrumque fundamentum Card. Norisius in
literis ad me datis evertit, Pliniumque post
Confusatum causas Centumvirales aggrava o-
stendit. Ex XXXV. Tribubus Urbanis CV.
Judices eligebantur, terni ex singulis Tribu-
bus, qui rotundo numero Centumviri diceban-
tur. Hi erant tum plebei, tum ex ordine E-
questris; ac Ovidius qui fuit Eques, non Se-
nator, lib. 2. Tristium ad Augustum de fe-
ipo ait:

Nec male commissa est nobis fortuna reorum.
Uisque decem decies inspicienda viris.

Fuerat enim Eques; & in causis Centumvirales
Judex. At Advocati, ac praesertim atra-
te Plini, quo tempore causa Centumvirales
omnium erant celeberrimæ. Autou Dialogi
de Oratoribus, qui, ut ibidem ait, librum
scriptum anno VI. Vespasiani, paulo ante finem
de se habet: Quod maius argumentum est,
quam quod causa Centumvirales, que nunc
PRIMUM obtinere locum, adeo splendore alio-
rum iudiciorum obvrebantur, &c. nempe flo-
rente Cicrone. Et aliquanto superius versus
initium Dialogi Aprum ita loquentem indu-
cit: Ego quidem, ut de meipso fatear, non
cum diem laborem egi, quo mibi latus clavis
oblatus est, vel quo homo norus, &c. Quis-
sum, aut Tribunatum, aut Praetoratum accepi,
quam, &c. aut reum proferre defendere, aut
apud CENTUMVIROIS causam aliquam feliciter
orare, &c. Tum mibi supra Tribunatus, &
Praetoratus, & Consulatus ascendere video, tum
abire. Hinc Plinius lib. 6. epist. 12. advo-
cationem suam promittit Veto Priico, praeser-
tim, inquit, in arena mea, hoc est apud Cen-
tumvirois. Infima enim, medi, summa inge-
nia ea aetate ex causis Centumviralibus lau-
dem gloriamque captabant. Epist. 24. lib. 4.
ait: Proxime cum apud Centumvirois in qua-
druplici iudicio dixisset, subito recordatio egisse
me juvenem, &c. Legenda tota epistola, ex
qua patet eumdem jam Praetorium, ac Con-

piscopo Antiocheno, Onesimo Episcopo
Ephesino, & aliis.

Cæterum tantum absuit, ut Plinius fu-
erit affuscus, quod spe vana conceperat
fieri posse, ut si Christianis poenitentia
(quod ait) locus daretur, quod profi-
tebantur, esse desineret, ac proinde mi-
cupidissi-
Christianiana religio extingueretur: quin potius
aede in immensum creverit multitudo
Christianorum in Asia, in qua & Bithy-
nia erat, ut unius tantummodo civitatis
populus frequens, quod conferto agmine,
ut pro Christo mortem oppeteret, li-
beraliter se offerret; Arium Antoninum (b) Ter-
tullianus b) in stuporem magnum ad-
du-

„ sulum egisse causas Centumvirales, cum gran-
„ dior esset aetate. Ibi ait: Studiis processimus,
„ (fuit enim Prator sub Domitiano ex epist.
„ 16. lib. 7.) Studiis pericitati sumus, (poftre-
„ mo anno Domitiani lib. 3. epist. 11.) rursum
„ que processimus, nempe sub Nerva ac Traiano
„ Prefectus Aerario, dein Consul. Ex quo con-
„ stat eum Senatorum, ac Praetorium virum
„ (quod negari nequit) & Consularem causas
„ Centumvirales egisse. Ego quidem, subdit
„ Card. Norisius, puto omnes epistolas librorum
„ novem scriptas ante Legationem Bithynicam,
„ cum homo sui laudator nec semel in tot e-
„ pitolis quicquam quod eam Legationem atti-
„ neat, scriperit.

Ceterum recte Loydio observatum, totum il-
lud tempus Trajanum Roma egisse, quo Plinius
in Bithynia fuit. Quando intravit Provinciam
XV. Kalend. Octob. tunc Trajanus fuit Ro-
mae, unde Plinius petit Mensorem mitten-
dum, lib. 10. epist. 28. & 29. Trajanus au-
tem respondit: Mensores vix etiam iis operi-
bus, qua aut Roma aut in proximo sum, su-
ficientes habeo. Postea cum Architectum mit-
tendum petiisset, Trajanus respondit lib. 10.
epist. 48. & 49. Ne existimes brevius esse ab
Urbe mitti, quam ex Gracia etiam ad nos ve-
nire soliti sunt. Denuo cum Liberatore ege-
ret, Trajanus ait: Ego hinc aliquem ibi mit-
tam. lib. 10. epist. 50. & 51. Quando Plinius
excusat, quod exemplaria editiorum non mi-
serat, quis in scrinis tuis esse credebam, lib.
10. epist. 71. Trajanus epist. 27. responderet
ea non habere; nec quicquam inventum in-
commentariis corum Principum, qui ante se
sufficerent. Lib. 10. epist. 13. & 14. Plinius lo-
quens de Legatione a Rege Sauromata Ur-
bem petitura, protinus ait, nondum Lega-
tionem, sed ad Trajanum Tabellarium mi-
sum esse. Lib. 10. epist. 82. Trajanus de Ju-
liopolitanis Romanum venientibus vult a Pli-
nio præmoneri, si in Urbem versus venturi
erunt, mihi scribes. Quibus Baronii senten-
tia convellitur, nosisque confirmatur. Certum
enim videtur, currenti anno Trajanum in Da-
cia fuisse, annique CX. CXI. & initio infe-
quentis, quo Consulatum sextum init, ab Ur-
be non absuisse. Quod si quis contendat, rela-
tionem seu consultationem Plinii, & ad hanc
Rescriptum Traiani Imp. de Christianis, ante
annum CXI. missam fuisse, negare ille non po-
terit, eam saltem in Decennialibus Traiani scri-
ptam esse, cum Plinius locis supra laudatis di-
ferte tradat, se si hujusmodi solennia in Bi-
thynia celebrasse,